

operaretur, veluti pro nihilo legem ducens vel saltem ut aliquo modo soluta respectu legis. Ergo haec sola per se tuto regit actiones nostras, seu est regula morum.

135. — *Corollarium.* 1º Conscientia invincibiliter erronea non est recta, tamen subjective certa; inde per se non est regula, sed per accidens. Voluntas enim quæ per se est cœca, et ductu intelligentie regitur, aliam regulam tunc habere nequit; ergo sufficit haec ad reddendum voluntatem rectam, quæ quantum in se est, operatur secundum legem. Vincibiliter erronea non est certa neque recta; ergo non est regula. Debet ergo deponi haec conscientia, seu mutari iudicium sive speculativum, sive practicum (II, 303).

2º Conscientia *practice*, nempe in ipso exercitio actionis, dubia, non est regula morum; quippe cum voluntati nullam directionem ostendat. Qui ergo operaretur cum conscientia practice dubia, se exponeret periculo peccandi, et reverè peccaret; voluntas enim nihil diceret regulam agendi. Conscientia *speculativa* dubia, nempe quæ extra exercitium dubitabat an hoc vel illuc sit licitum necne, non est etiam *per se* regula: at fieri potest ut aliquis speculativa dubitet, et tamen practice cum certitudine judicet se bene operari: v. g. miles qui speculativa dubitat an bellum justum sit, potest tamen practice judicare sibi licitum esse militare in hoc bello.

Conscientia tunc est *speculativa dubia* et *practice certa*: haec certitudine acquiritur ex quibusdam principiis practiceis, quæ manifestant honestatem actionis, que fuerat dubii speculativi occasio.

3º Idem sentiendum do conscientia probabili ac de conscientia speculativa dubia, quæ ceteroquin eodem recidit: conscientia enim vere probabilis fit certa de licetitate actus ex hoc generali principio: Ubi non est lex certa, nec obligatio: porro quandiu remanet probabilitas, existentia legis dubia perstat.

SECUNDA PARS

ETHICA SPECIALIS

SEU JUS NATURE

136. — Hactenus consideravimus principia quæ actionem humanam aut elicunt aut dirigunt ad honestatem generatim inspectam. Nunc altero et speciali modo consideraveremus eadem actio humana, nimurum quatenus elicetur ab homine in determinata conditione spectato, quæ ordinem ad alia entia dicit. Itaque haec pars ethicae dici potest *specialis*, tum 1º quia actionem humanam non amplius inspicit in genere, sed in quadam specie determinata: tum 2º quia honestatem, non in genere, sed determinatam speciem honestatis rimatur. Potest etiam appellari *jus naturæ*, quia actus considerat prout dicunt ordinem ad alterum aliquo modo distinctum, sive realiter sive juris fictione, ab operante, seu important quamdam adequationem cum termino assignato, quod pertinet ad rationem iustitiae (80). Inde nihil vetat quin Ethica specialis *Jus naturale* etiam nominetur. Nunc divisio hujus partis inquirendae est:

Dum consideramus actionem humanam in subiecto a quo elicitur, statim deprehendimus ordinem dependentie omnium actionum humanarum respectu Dei. Subiectum enim quod operatur est creatura, et nihil habet quod non sit creatum, ac preinde omnes ejus operationes ordini a divina sapientia dictato subiecte sunt: creature ordinem accipiunt a creatore, qui est ipse ordo increatus et *absolutus*. Porro haec dependentia essentialis et universalis manifeste importat obligationem faciendi quæ prescribuntur, et omitendi quæ vetantur a Deo, et sic efflorscet notio *officij*; officium enim nihil est aliud quam moralis obligatio, quæ ora prescriptis voluntatem ad aliquid faciendum vel omitendum adstringit.

Sed obligatio obsequendi ordinem impositum importat

evidenter facultatem moralem inviolabilem faciendi ea omnia que ordini proposito conformia sunt: haec moralis facultas aliquid faciendi est id quod nuncupatur *jus* (31, 2^a).

Itaque ex ipso officio in nobis spectato enasceitur *jus*, et si in ordine absoluto jus præcedat officium: *jus enim in Deo, qui nullis officiis devinatur, producit officium in creaturis: et haec officia jus ipsum in creaturis parunt.*

Jam vero iura et officia possunt considerari in homine qua homo est, nempe abstractione facta aliquibus status socialis, cui foret addictus, et pars ethicae naturalis, que circa haec iura et officia versatur, *jus privatum* a nonnullis non inepit nuncupatur. Præterea iurum officiorumque hominis ordinem socialem spectantium complexus perpendi potest, qui constituit objectum *juris publici*. Tamen notandum est quod vocabula *juris publici* et *juris privati* paulum deterguntur a significacione communiter recepta apud legisperitos. Nam *jus publicum* est scientia que determinat iura et officia potestatis et communitatis perfecta ad invicem, dum *jus privatum* ostendit iura prælatorum, in eadem communitate. Sed hec nostra jurisprudentia in *jus privatum* et *jus publicum* sensu explicata apie partitur; et *jus*, prout est scientia, iura, et officia, que sunt duo inter se correlativea, complectitur.

SECTIO PRIMA

Jus privatum.

137. — Officiis erga Deum homo essentialiter devinatur; sed haec officia secum alia important: in officio enim servandi ordinem a Deo impositum multa alia continentur, qua etiam sunt fons aliquorum iurium. Cum in omnium rerum relationibus sic ordo a Deo impositus, sit ut officium colandi Deum involvat officium servandi hunc ordinem. At prædictus ordo exhibet, præter Deum ipsum, duplēcēm præsertim terminum, quem homo in suis operationibus spectare debet, nempe seipsum et ceteros homines.

Itaque triplex est genus officiorum quibus aut erga Deum, aut erga nosmetipos, aut erga alios homines de-

vincimur, et consequenter præsens caput in tres articulos partiemur. Per modum unius de obligationibus et juribus ex officiis enascentibus, eloquemur.

Agemus præcipue de officiis *essentialibus seu primiti- vis*, que nempe fundantur in *essentialibus homini relationibus*; de officiis enim *derivativeis seu adventitiis*, id est, que oriuntur ex quibuscum relationibus superadditis, ope aliquo facti humani, non agemus nisi quoad fundamen- tum quod habent in aliquo officio naturali.

CAPUT 1

DE HOMINUM OFFICIIS ERGA DEUM.

138. — Summa officiorum hominis erga Deum nuncupatur *religio* (63). Vox religio venit a *religando* quia religio homines Deo ligat, cui principaliter alligari debemus tanquam indeficienti principio; inde officio religionis exhibetur Deo cultus debitus, tanquam primo omnium rerum principio: *excellētia* Dei increata et infinita est ratio finalis ob quam Deus est colandus cultu perfecto; ejus *beneficia* sunt id per quod illa excellētia nobis applicatur, et apprehendere potest tanquam ad nos pertinentia.

Officia religionis deprimi possunt aut ex divina ac supernaturali revelatione, et tunc religio dicitur supernaturalis, aut ex ipsa ratione naturali, et tunc summa officiorum dicitur religio naturalis. Jamvero revelatio supernaturalis multis promulgat veritates, que mentibus nostris sunt etiam naturaliter insculpte, quæque proinde pertinunt ad religionem naturalem. Itaque methodi causa agemus 1^o de religione generatim sumpta, deinde et per modum complementi 2^o de religione supernaturali specia- tiv inspecta.

ARTICULUS I.

De religione generatim inspecta.

139. — Religionis alia pars est *theoretica* et alia *prac- tica*. Prima pars Dei notitiam, ex qua summa ejus perfe-

tio nobis innotescit, et necessitatem obsequii actibus nostris Deo præstandi exhibet. Altera naturam hujus obsequii seu formam actuum nostrorum ad Deum relatorum ostendit, et appellatur cultus, qui dividitur in internum et externum, prout constat actibus internis tantum, vel etiam externis. Partem theoreticam dedimus in Theodicea : superest ergo ut necessariam relationem hominis ad illud objectum declaremus; et haec necessaria relatio consistit primitus et präcipue in cognitione et amore. Itaque :

140. — THESIS I. *Officia omnium prima et ceteris omnibus anteponenda sunt officia religionis.*

Probatur. Officia quæ imponunt immediatum ordinem ad finem ultimum sunt prima et potissima : ordinatio enim ad finem ultimum est essentialis, cui obnoxia est qualibet ordinatio particularis, namque finis intermedius rationem medi habet respectu finis ultimi. Atqui officia religionis seu erga Deum spectant ad finem ultimum (97); nihil aliud enim sunt quam necessarius ordo homini ad summum finem ultimum. Ergo haec officia sunt primaria, alias cuiusque generis anteponenda.

140 bis. — *Corollarium.* Itaque qui de honestate quædam naturali gloriantur, religione contempta, ipsam legem nature missam faciunt, et ideo stulti ac insipientes merito dicuntur; idem etiam sentiendum de iis qui officia ordinis civilis et politici anteponunt officia religionis.

141. — TESIS II. *Cognitio Dei inter primitiva et essentia naturæ rationalis officia computari debet.*

Probatur. 1^o Inter officia religionis primum et präcipuum est cognitio Dei, cum hoc officium sit conditio conditionum; atqui officia omnium prima sunt officia religionis. Ergo.

Probatur. 2^o Natura rationalis suum finem prosequitur cognoscendo et diligendo, secus operatio non esset consenteantia naturæ operantis, ac proinde contra ordinem prodiret. Ergo cognitio Dei, ultimi finis, jure naturæ prescribitur ut officium fondamentale.

142. — THESIS III. *Anor Dei, tanquam objecti summe boni, est jure naturæ præscriptus.*

Jam resultat ex dictis, sed

Probatur. Ratio naturalis facile probat Deum esse bonum vel absolute in se, vel relativè quoad nos (II, 395), ideoque summe amabilem et fontem ejuscumque amabilitatis creatæ. Atqui ordo naturæ poscit ut voluntas se converterat ad illud bonum, quod a ratione proponitur ut maximum et fons primarius ad quem revocatur qualibet bonitas. Ergo amor Dei jure naturæ prescribitur.

De cultu.

143. — Cultus, qui juxta etymon, a verbo *colere* venit, generativus est *honor cum quadam submissione*. Itaque cultus divinus est actus quo reddimus summum quem Deo debemus honorem. Quando reverentiam et obsequium actibus internis Deo exhibemus, cultus dicitur internus ; si cultus internus sensibilibus signis exprimitur, et manifestatur, cultus erit externus (137).

Actus in quibus consistit cultus internus sunt praesertim adoratio, oratio, gratiarum actio, timor et submissio animi.

144. — THESIS. *Homo tenetur ad internum Dei cultum.*

Probatur. 1^o Officia hominis erga Deum fundantur in infinito Dei excellentiæ et in dependentiæ essentiali hominis respectu Dei, ac cognitione hujuscemodi dependentiæ essentialis. Atqui non modo corpus, sed ipsa anima humana cum omnibus facultatibus quibus ornatur, est creature, ac proinde Deo creatori subjecta; immo et hanc dependentiam ignorare nequit, quia ex una parte lex dependentiæ clavis manifestatur in beneficiis acceptis, et ex altera homo facultate cognoscendi a divino conditore fuit ornatus. Ergo anima in actibus suis debet se gerere ut nihil habens quod non sit ex Deo, seu colere Deum cultu interno, qui proprius est animæ.

2^o Si analysis instituamus präcipitorum actuum quibus constat cultus internus, perspicue videbimus hominem ad talem cultum teneri. Etenim :

1º Deo evidenter debemus *adorationem*, seu cultus debet esse *latreuticus*, nempe perfectæ servitutis. Adorare nihil aliud est quam supremum Dei dominium in nos ex animo confiteri ipsius seco prorsus subjecere; sed ratio recta nullo negotio manifestat illud supremum dominium et nostram subjectionem; ergo ut voluntas ordinem rationis rectæ servet, debet Deum adorare.

2º Deum orare *debeamus*, nam ratio naturalis otiam ostendit Deum esse summe potentem et beneficium, atque homines eius auxilio semper et in omnibus indigere: præterea Deus non ineluctabiliter necessitatibus regit omnia (II, 437), sed ita res omnes dispositus ut orationes hominum sint causa ex quibus aliqui effectus proveniant. Porro orare nihil est aliud quam indigentiam nostram et summam Dei beneficiorum profiteri. Ergo ratio naturalis necessitatibus orationis ostendit; sic cultus erit *impetratorius*.

3º Deus etiam *timeri* debet ab hominibus. Timor determinatur a potestate puniti santes: sed Deum haec potest ministrare castigandi homines instrui ratio naturalis otiam indubie ostendit. Ergo timor Domini inter officia hominis necessario computatur, speciatim in statu natura lapsi. Indo cultus esse debet, in praesenti statu, expiatorius aut satisfactorius, vel *propitiatorius*.

4º Deo *gratias agere* tenetur; est enim lex naturae quae jubet ut gratias beneficioribus referamus: ratio naturalis ingratum in benefactores animum improbat. Atqui Deus nobis dedit quidquid boni nobis inest. Ergo cultus debet esse *eucharisticus*.

145. — *Scholium*. Cum Deus creaturas omnes etiam minimas consideret et de omnibus curam habeat (II, 449, 450), liquet cultum internum animi grati Deum non deditgnare; suis enim creaturis finem ipse assignavit, et medium idoneum ad illum finem assequendum easdem instruxit: quamobrem ordinatio operationum creature in mundo visitibili nobilioris non est aliquid coram Deo indifferens.

146. — *THESIS II. Deo etiam debitus est jure naturæ cultus exterius*.

Probatur. 1º Deus non tantum animæ, sed et corporis

nostri creator est: sed creatura debet creatorem colere, et quidquid est creatum ad supremum conditorum referre. Ergo etiam corpus suo modo debet Deo creatori honorem reddere, suamque dependentiam recognoscere, quod est cultum externum reddere.

2º Homo constat animo et corpore, et utriusque in operando utitur ministerio: operatio externa est velut complementum et signum operationis internæ. Ergo ut homo, qua homo est, Deo preseret obsequium, interioribus actibus externos conjungere debet.

3º Homo ut Deo conjugatur et reverentiam ac honorum modo debito reddat, sensibilium manuductione indiget: 1º per sensibilitatem ad Deum cognoscendum dicimus (II, 32), *<irvisibilia Dei per ea que facta sunt, intellectu conspicuntur* (1). » 2º Homo ita pendat a sensibus ut aliquibus corporalibus, seu signis externis, tanquam incitationis, indigeat, que pios in Deum affectus foveant ac suscitent: his signis mens hominis excitatur ad spirituales actus, quibus Deo conjungitur.

Ergo jure naturæ cultum externum Deo debemus.

147. — *THESIS III. Deo debitus est cultus etiam socialis, qui nempe ab hominibus societatem efformantibus celebratur*.

Nota. Cultus externus potest esse vel unius tantum, aut plurimum quatenus singulorum, vel hominum societatem efformantium, et quatenus est actus socialis: de isto nunc agitur.

Probatur. 1º Officium colendi Deum realiter, interior et exterior prestare debet homo, non abstracte consideratus, sed ille qui actus reales et physicos elicet. Atqui homo in concreto spectatus, seu officium reale prestans, non solitariam vitam degit, sed socialem: imo ejus actus exterior, qui officio constanti et continuo obliganti respondent, nequeunt non esse aliquo modo sociales: videri possunt ab aliis hominibus, qui proinde vi alienus instinctus plane naturalis, commovenient ad taliter agendum. Ergo homo prestare debet cultum publicum et socialem.

(1) Ad Rom. c. 1.

2º Homo ad cultum Dei referre debet omnes facultates quas a Deo accepit : omne enim donum Dei referre tene-
musr ad eius gloriam. Atque instinctus socialis in homine et beneficium societatis sunt dona Dei : Deus enim creando hominem, illum ordinavit ad statum socialem, et infudit in illo appetitum naturalem societatis ; societas ipsa, ut postea videbimus, est opus Dei : ergo et ipse ordo socialis debet quibusdam actibus communibus ac publicis referri ad Deum.

Præterea vi unionis socialis, que est facultas a Deo concessa, homines plus possunt quam si soli seorsim operarentur : ergo illud incrementum virium, seu actus sociales Deo referri debent, ut primo principio et ultimo fini cuiusque vis creatae.

148. — *Corollarium I.* Homines ergo vires collectivas conferre debent ad Deum glorificandum, orandum, etc. ; et dum haec adimplent officia, ad suum finem ultimum gra-
diuntur. Itaque quedam societas religiosa jure nature extare debet inter homines, et haec societas non est tan-
tum hominum *cum Deo*, sed hominum *inter se*.

149. — *Corollarium II.* Ex signis sensibilibus et publicis debitis subjectionis et honoris hominum in Deum accuratus et magis idoneum est sacrificium, quod natura sua supremum Dei in res omnes dominum, quoad vitam et mortem, exprimit : et hic modus cultum Deo exhibendi, apud omnes gentes et quovis tempore fuit in publicum usum deductus. Ergo oblatio alienus sacrificii ad ius naturale pertinere videtur (1), et ceteroque est basis et fundamentum cuiuscumque cultus publici apud quaslibet hominum nationes : unde videtur in natura ipsa fundamentum habere, saltem in hypothesis *status natura-
litas*. Homo peccator humanoque societas rem substan-
tialiter sibi substituit, camque velut sui vice totam Deo offert per realem destructionem vel equivalentem exinanitionem, ut in ea et per eam agnitus dominum Dei in res omnes, absoluta dependentia et reatus hominis lapsi exprimatur et adspetabilis reddatur.

(1) Vide S. Thom., S. Th. 2*, 2*, q. 850, 1; Suarez, de Euch. desp.
73, s. 1.

ARTICULUS II.

De religione supernaturali.

150. — Religio sumi potest in sensu subjectivo et tunc est virtus moralis (63), aut in sensu objectivo, et tunc est complexus veritatum theoreticarum et practicarum de Deo et cultu divino (138). Quando ejusmodi veritates, non per naturalem rationem ex contemplatione mundi sese evolventem, deprehenduntur, sed a Deo, speciali ac supernaturali modo, hominibus manifestantur, religio has veritates complectens dicitur supernaturalis.

Revelatio, juxta vim nominis, est rei tecta seu occultae manifestatio, *renotio scilicet*, ideoque revelationis nomen proprie conventi veritatisibus ad quas homo naturali lumine assurgere nonquid (I, 25). Si enim ageretur de veritatis ordinis naturalis quae ambitus rationis humanae non excedunt, non omnino indigeremus auxilio externo *ad removendum velum* : veritates ejusmodi pro nobis non sunt absolute et stricte loquendo velatae.

Ordo naturalis hic presso sumitur, nempe quatenus distinguitur ab ordine, non modo supernaturali, sed et præternaturali, ideoque abstrahimus a distinctione inter ordinem præternaturalem et supernaturalem.

Hoc loco tamen animadvertere oportet in primis tri-
plicem hunc ordinem esse vel *logicum*, id est, secundum respectum ad mentem cogitantem intelligentemque, vel *ontologicum*, scilicet rebus ipsis bonisque in se simpliciterque spectatis consistentem. Ordo logicus seu idealis proprio nomine dicetur rationalis, præterrationalis vel superrationalis, dum appellations mox adhibite ordinem ontologicum potius indicant.

Superius (II, 91) præternaturale et supernaturale in ordine ontologico et *quoad affectionem* tantum consideravimus. In praesens directe agitur de rationali et superrationali.

Animadvertisendum est iterum 1º ordinem logicum en-
que rationalem absolvit veritatisibus quæ insita rationis humanae facultati inventari possunt; 2º ordo præterrationalis hisce propositionis constat quæ, licet non subsint

inventioni rationis, semel nihilominus cœlitus manifestata, ideis claris, distinctis propriisque apprehenduntur. Denique 3^o succedunt mysteria, a veritatis hactenus laudatis distincta, que ordinem constituent plane superrationalem: ea nequeunt non modo nativa facultate inventari, verum etiam, licet divinitus patefacta, claris propriisque notionibus mente nostra apprehendi: nomini ideis analogis ad animum referuntur.

Attamen ut veritates naturales facilius, citius, clarius, certius ac plenius hominibus innoscant, earumdem revelatione est maxime utilis, ideoque Deus summe bonus et providens multas veritates hujus ordinis, per modum extra vires nature possumus, manifestavit.

Veritates naturales, hoc modo revelatæ, sunt veritates necessariae, quæ nempe Deum et mores respiciunt: veritates illæ, quatenus revelatæ, sunt supernaturales ex parte *medii*, et naturales ex parte *objecti*. Veritas dictatur naturalis ex parte *objecti* simul et *medii*, quando non modo est cognoscibilis per species sensibiles, seu per medium naturale, sed etiam quando hac ratione cognita fuit.

Ergo revelatio supernaturalis duplice ordinem veritatum complectitur, *supernaturales* nempe et *naturales*: revelatione veritatum secundi ordinis est dumtaxat supernaturalis *quoad modum*: objectum enim per se non est supernaturalis; illa quo veritates prioris generis complectitur, est supernaturalis, non solum *quoad modum* manifestandi, sed etiam *quoad rem* manifestatam, *quoad objectum*.

151. — THESIS I. *Deus homini potest revelare veritatem naturales tum supernaturales.*

Probatur. I^o pars. Revelatio supernaturalis veritatum ordinis naturalis non repugnat neque ex parte Dei, neque ex parte hominis, neque ex parte *objecti*: atque factum revelationis ad hæc tria dumtaxat ordinem dicit. Ergo est possibile.

I^o Objectum revelari potest: agitur de veritatibus quas homo alios homines docere potest; ergo et ipso Deus potest easdem nos docere.

2^o Deus profecto has veritates cognoscit: est omnisciens; non eget mediis manifestandi, siquidem est omnipotens; non deest motivum revelandi has veritates, nam sunt homini necessarie, qui hujusce revelationis expers, diu laborasset, et cum periculo errandi, ad illas propria industria inveniendas.

3^o Homo hanc revelationem excipere potest: est enim facultate intelligendi prædictus: discit aut inveniendo per se aut recipiendo ab aliis. Ergo nulla impossibilitas ut veritates naturales Deus revelet.

Probatur. 2^o pars consimili arguento. I^o Dantur veritates supernaturalis: Deus certo multa cognoscit ad quem homo, utpote intelligentia finita prædictus, se attollere nequit proprio conatu. Ejusmodi veritates, non secus ac naturales, sunt sermone effabiles, siquidem ipse homo profari potest etiam veritates quas non intelligit. Ergo non deest objectum aptum.

2^o Deus nulla ignorantia et nulla impotencia laborat, idque cognoscit et habet in promptu media manifestandi. Motivum Deo dignum etiam non deest: gloria Dei, cuius infinita sapientia magis fulget in ordine externo, et major perfectio hominis, cuius intelligentia superius evehitur, et voluntas ad ferventius amandum excitatur ex hac supernaturalium manifestatione.

3^o Ex parte hominis revelationem excipientis nulla etiam comprehenditur impossibilitas. Est enim capax recipiendi actionem Dei revelanti: cognoscere potest supernaturalia quando ei proponuntur.

152. — *Scholium.* Si speciali modo mysteria consideremus, statim videmus hominem posse illorum excipere revelationem. Etsi mysterium dicatur, et sit pro nobis res abscondita, sive quoad existentiam sive quoad intimam rationem, tamen dum revelatur, non remanet sub omni respectu absconditum. Homo conceptibus analogis intelligit quid sit veritas illa revelata, licet rationem intrinsecam hujus veritatis ignoret. Conceptum ergo proprium, ut opponit analogo, non habet, licet habeat verum realiter conceptum. Ergo mysterium est materia apta ad revelationem.

Homo non raro multa cognoscit etiam ordinis naturalis

quorum rationem intimam non perspicit, imo nec suspicatur. Itaque Deus potest mysteria homini revelare.

153. — THESIS II. *Necessarium omnino fuit ut homini semel ad supernaturalem ordinem erecto, revelentur supernaturalia credenda.*

Probatur. Homo debet operationes elicere coherentes statui in quo est : si ad aliquem statum erectus foret in quo operari non valeret, jam ad illum non attolleretur ut homo, nempe ut ens vita talis generis ornatum. Status enim vita est status operationum vitalium. Atqui voluntas nequit appetere bona que intellectus non cognosceret, ac proinde in ordine illorum bonorum nulla daret actio humana. Ergo cum intellectus naturaliter haec bona vita supernaturalis non cognoscit, necesse fuit, ad hoc ut homo in tali statu vites operationes vitales eliciat, quod supernaturalia illi revelentur.

154. — THESIS III. *Revelatio veritatum ordinis naturalis fuissest homini, etiam ad statum supernaturalem non erecto, moraliter necessaria.*

Nota. 1^o Necessitas est duplex : *physica* scilicet et *moralis* prout fundatur in impotentiā physica vel morali. Impotentiā physica ea est qua homo defectū virtutis aut principiū aut conditionis praequisite ad talēm actum non potest agere; v. g., caecus nequit videre colores. Impotentiā moralis ea est qua homo, physice capax alienj actus, praeeditus extrinseco impedimento ne fiat id circa quod dicitur impotens. Itaque quando potentia cognitiva est moraliter irreductibilis ad actum propter difficultates, intellectus laborat impotentiā morali, v. g.: aliquis homo non potest moraliter adipisci omnes scientias ordinis naturalis, et si physice sit capax cognoscendi quamecumque veritatem earundem.

Nota. 2^o Agitur de veritatis naturalibus quae Deum respiciunt et mores, queque proinde sunt necessariae omnibus omnino hominibus, ad ordinationem vite intuitu finis ultimi.

Probatur. 1^o Homo, proprio nisu, ad illarum veritatum cognitionem distinctam et certam devenire nequit 1^o sine

exulta, imo et acutissima, intelligentia et simul 2^o sine magno et diuturno labore: agitur de cognitione distincta et certa sublimiorum veritatum ordinis naturalis, nempe de cognitione sufficiente ad vitam regendam moresque informandos. Porro conditiones enumeratae jam requiruntur ad veritatum superiorum cuiuscumque scientiae humanae adeptiōem; a fortiori quando agitur de sublimioribus veritatis totius ordinis naturalis.

Atqui 1^o paucissimi reperiuntur homines ad speculandum apti, et ex illis multi cura rei familiaris, instabilitate juvenitatis, passionibus impeduntur; non pauci pigritia laborant, etc.; 2^o si aliqui hisce impedimentis vacarent, ad illas cognitiones non nisi post longum tempus devenient, et forsitan cum multis erroribus, qui investigationibus solius rationis admiseri solent, propter nativam debitatem intelligentie et lusum imaginationis. Ergo homines plerique, seu genus humanum, impotentia moraliter laborat circa cognitionem laudatarum veritatum, ideoque revelatione supernaturalis est moraliter necessaria.

2^o Ante revelationem christianam totum fere genus humnanum in omnem errorrem contra rectam rationem, et in turpisimam pravitatem contra ethicas naturalis praecepta prolapsum est : seriem errorum texere nimis longum foret : sufficit ut in memoriam revocemus errores turpisimorum fere populorum circa Dei ipsius naturam. Ad veritates practicas quod attinet, historici, dum mores populorum referunt, sufficienter probant quantum isti mores distabant a praeceptis maxime essentialibus ipsius legis nature. Ut nihil dicam de philosophis ethniciis, quorum doctrinae Morales inter se perpetuo collidunt; imo illi philosophi ita coexistebant ut in suis scriptis ad rectam rationem et legem natura continuo offendere, ut videre est in historia philosophia. Ergo ille constans status generis humani primavam revelationem plus minusve oblitus etiam ostendit cum plena evidentiā necessitatem moralem revelationis supernaturalis, etiam quoad veritates naturales.

155. — *Scholium.* Revelatio est simpliciter, seu *physico*, necessaria ad cognitionem veritatum entitative supernaturalium, ut per se patet; veritates enim illae in tantum

dicuntur supernaturales in quantum nullum datur medium naturale ad illas assequendas. Verum exinde non potest erui, ut innere videntur quidam scriptores incauti, quod manifestatio supernaturalis illarum veritatum sit generi humano physico necessaria; id enim importaret ex parte hominis absolutam necessitatem cognoscendi has veritates; haec enim manifestatio est factum benevolentis Dei, supra condignum clargientis. Sed ex facto revelationis supernaturalis exsurgit quedam necessitas, non ex parte Dei revelantis, sed ex parte hominis; itaque.

156. — *THEISIS IV. Homo officio adstringitur amplectende revelationis, que facta sit, et eam inquirendi, si nondum agnoverit (1).*

Probatur 1^a pars. Deo loquenti et jubenti credere et obediens certo tenemur, et quidem jure nature: Deus enim est veracissimus et infallibilis, ideoque intellectum nostrum ei subjicere debemus: est supremus Dominus, ac proinde voluntatum nostram ipsius mandatis subjicere tenemur. Atqui revelare idem est ac veritatis a nobis credendas proponere: manifestat enim Deus aliquod verum ut mente, quantum possumus, illud capiamus, et ut voluntate et omnibus viribus mandatum revelatum, seu exterius promulgatum, exsequamur. Ergo revelationem amplecti strictissimo officio adstringimur; indifferet enim circa revelationem divinam professo, idem proinde dicit ac plene independentia circa Deum iactatio.

Probatur 2^a pars. Nempe homo officio adstringitur *revelationem factam inquirendi*, si nondum eam agnoverit. Quando Deus revelat hominibus, proponit regulam credendi et agendi; itaque revelationis facta nullam curam habere idem est ac spernere regulam a Deo impositam, seu Deum ipsum contempnere. In hac enim hypothesi, Deus hominem alloqueretur, et viam salutis ostenderet vellet, et homo Deo loquenti aures præberet detrectaret, viamque salutis divinitus ostensam sperneret. Ergo homo tenetur investigare an revelatio sit facta, ut eam amplectatur.

(1) Spill. Prop. II, IV, XV, XVI.

Scholium. Vera religio revelata 1^o non potest esse nisi una: Deus, summa veritas, nequit oposita ac pugnantia revealare, nec revelat nisi ut homo ad suum finem vere ac recte religeretur. 2^o Debet esse *perpetua*, ut constat ex indeole veritatis. 3^o Debet esse *immutabilis quoad essentiam*: veritas propria dicta non potest mutari. Tamen nihil impedit quoniam veritates religiosae obscurius in una revelatione et distinctius in sequenti manifestentur, neque ut ritibus imperfectioribus perfectiones sufficiantur. Hanc ergo revelatam religionem, quæ est una, perpetua et immutabilis, homo amplecti tenetur.

157. — *THEISIS V. Tamen ut homo officio amplectendi revelationem adstringatur, necesse est ut certo sciat illam esse divinam.*

Nota. Agitur de aliqua revelatione quæ ut divinitus facta proponitur, seu de selecta religione vere divinitusque revelata, inter illas plurimas quæ ut divinas sese offuerant.

Probatur. Homo ad credendum rationabiliter adduci nequit nisi per judicium certum de credibilitate objecti: judicium enim incertum non esset sufficiens ad credendum fide certa, siquidem tunc daretur actus humanus sine motivo sufficiente (1), et sic homo non se regeret ad rationis normam. Sed judicium de credibilitate objecti, nempe de existentia divina revelationis est id quo humana voluntas inducit ad credendum fide divina, quæ per se est certissima, ac proinde ad se subjiciendum omnibus præceptis revelationis: fides enim divina fundatur in auctoritate Dei revelantis; ideoque ante assensum fidei christiane scire debemus Deum revera hominibus locutum fuisse. Judicium igitur de hoc facto est motivum quo determinamur ad credendum. Ergo ut homo rationabiliter se subjiciat divina revelatione, debet habere certitudinem in evidentiæ objectiva ipsius facti revelationis fundatam.

158. — *Scholium.* Agitur de certitudine acquisita, non per evidentiæ veritatis, ut dici solet, verum per evidentiæ credibilitatis. Aliquid est evidenter verum quod vel in

(1) Vide Suarez, de fide, dist. VIII.

se vel in suis principiis videtur; *evidenter vero credibile est* id quod non videtur nec in se nec in suis principiis; dicitur enim evidens evidētia extrinseca (I, 247); habet tamen tot et tam gravia testimonia ut quilibet vir sapiens merito id credere debeat. Certitudinem revelationis itaque assaequimur per argumenta non intrinseca, sed extrinseca, siquidem agitur de *facto*, quod non nisi per testimonium probari potest.

159. — Thesis VI. *Inter alia motiva credibilitatis, miracula et prophetia parunt omnino modum evidētia credibilitatis de divina revelatione quam confirmant.*

Probatur. Revelatio est certo divina si pra se fert manifestam et minime ambiguam Dei subscriptionem, ac veluti sigillum authenticum; atque miraculum et prophœtia, in confirmationem revelationis quæ ut divina propounderunt, facta, sunt manifesta et minime ambigua confirmatio divina. Ergo...

Major non eget probatione: edictum enim aliquius principiis dicitur authenticum quando vero ac non simulato principiis sigilli confirmatur; documentum hoc signum plenam fidem facit.

Probatur min. Miraculum, ut constat ex probatis (11,94), est signum omnipotentie divinae; et nullo negotio probari potest prophetiam esse signum omniscientie Dei: agitur enim de prophetia modo certo et affirmativo facta de re quæ in causis naturalibus præsciri nequit ante eventum: itaque nec in se nec in suis causis naturaliter videri potest objectum prophetie. Ergo ad illi vaticinia requiritur scientia vera supernaturalis seu plane divina.

Sed ex hypothesi miracula et prophetiae sunt in confirmationem revelationis quæ ut divina proponuntur. Agitur ergo 1º de revelatione quæ proponitur ut divina; puta de christiana et mosaica; et 2º hæc doctrina sic proposita miraculis et prophetiis eventu comprobatis firmatur. Inde hæc revelatio habetur ut edidit sigillo ipsius Dei stabilitum.

Atqui sigillum illud a nemine potest simulari, quandoquidem ad id requiretur omnipotentia. Ergo revelatio miraculis et prophetiis confirmata est evidenter credibilis.

160. — *Scholium.* Inter motiva credibilitatis, alia sunt extrinseca, ut miraculum et prophetia, alia intrinseca. Intrinseca per se evidētiam non parunt, sed probabilitatem; si evidētiam propriæ dictam gignere valeant, jam revelatio divina foret evidens *evidētia veritatis*. Doctrinae enim perfectio, saltem quatenus detecta, *pensa et veluti librata a ratione humana arguere* non valeret causam divinam ac supernaturalem: motivum enim assentiendi est *judicium* de regule perfectione, quod subjacet regulis naturalibus: sed regulæ naturales nequaquam positive perfectionem divinam compere ac metiri.

Motivum intrinsecon habemus in duplice prærogativa divinæ revelationis, quæ est 1º verissima doctrina sine admixtione aliquius falsitatis, 2º sancta et pura, ut omnia que doceat sint honesta, et nihil approbet quod turpe sit, atque etiam ut omnia tradat quæ ad rectitudinem vitæ necessaria sunt et sufficiunt. Tamen hæc sola tessera divinæ revelationis jam sufficeret ad repellendas omnes falsas religiones, quæ semper peccant aut contra aliquæ precepta sane ethice rationalis.

CAPUT II

DE OFFICIIS HOMINIS ERGA SEMETIPSUM.

161. — Homo a Deo naturam perfectibilem recepit, ideoque voluntas Dei fons omnium officiorum est, quæ ad hujus naturæ perfectionem se referunt. Sed hanc perfectibilitatem cognoscit homo, et media illam perficiendi, sicut et propriam ad id capacitatem, non ignorat; itaque erga semetipsum quibusdam officia devincitur. Jam vero cum natura humana conset corpore et anima simul conjunctis, duplicitis ordinis sunt officia hominis erga seipsum: alia scilicet ad animam, alia ad corpus spectant.

ARTICULUS I.

De officiis hominis quoad animam.

162. — Perfectio animi intellectus potissimum et voluntate comprehenditur, que sunt facultates quarum anima sola est subiectum (11, 151). At facultates perficere nihil aliud est quam easdem ad proprium finem proprieque boni adeptionem dirigere. Proprium bonum intellectus est verum, proprieque eius finis est veritatis adeptio; perfectio voluntatis in eo est ut iuxta normam rationis bonum persequatur et malum aversetur; eius finis est summi boni adeptio.

t. — De officiis que ad intellectum spectant.

163. — Intellectus perfectur dum in cognitione veritatis crescit, ideoque homo ad quamdam cognitionem veritatis tenetur, secus nullo officio devinciretur quoad intellectum. Sed, ut constat ex dictis, anima humana debet suum finem ultimum prosequi, indeque illum callere, et media ad hunc adipiscendum necessaria non ignorare.

Quazdam ergo sunt quorum cognitione ad omnes homines spectat, qualia habentur essentialia religionis et morum principia, quibus praeulentibus, ad finem ultimum pervenire possumus. Itaque stricto jure homines, generatim sumpti, ad eam scientiam adipiscendam tenentur, qua vulgaris industria obtineri potest, et sine qua homo debet finem non cognoscere, nec actiones suas ad illum referre valeret.

Ad altiorem scientiam, que arduo labore acquiritur, non tenentur omnes homines, licet scientia sit bonum valde extandendum et rationi convenientissimum. Eatenus homo ad hanc extensionem cognitionem acquirendam obligaretur, quatenus, ratione status in quo forte versaretur, munere suo sine illa perfungi non posset; debet enim homo operam dare lis omnibus que ad summum rite obeundum sunt necessaria. Si enim a Deo vocatur ad illud munus, officio erga Deum vocantem ligatur; si illud manus ad bonum aliorum hominum spectat, officio erga

alios homines ligatur ille qui voluntate propria aut voluntate aliorum hominum suscepit illud ministerium.

H. — De officiis ad voluntatem spectantibus.

164. — Finis adaequatus voluntatis est summum bonum, seu Deus sub ratione boni; quapropter ordo naturæ postulat ut voluntas se assidue dirigat promoveatque ad hujus boni adeptiōem. Præterea idem ordo naturæ exquirit ut in rebus diligendis ordinem excellentiæ et dignitatis servens: dicta enim recta ratio eundem locum in nostra dilectione rebus deberi quem habent in nostra existimatione. Sed Deus certo est super omnia alia bona amabilis, quae dignitate et excellentiā infinite supereminet.

Ergo 1^o minime dubium est quia jure naturæ voluntas Deum præ omnibus bonis debeat prosequi.

2^o Manifestum est etiam voluntatem cæstera bona appetere et consecutari non posse, nisi quatenus aut jurant ad adeptiōem supremi boni aut saltem nos ab illo summo bono non avocant. Si alter operaretur voluntas, ipsum ordinem naturæ convellere niteretur, ideoque esset perverse, scilicet de naturali et recto trahite deflexa, et ab obligatoria agendi norma aversa. Inde etiam colligitur quod si voluntas bonum aliquod de se juvans ad supremi boni adeptiōem prosequeretur propter motivum aliquod aversivum ab illo summo bono, etiam perverse operaretur, utpote bonum finitum ad interibile pluris faciens quam bonum infinitum et essentiale: esset ergo actus voluntatis contra normam rectæ rationis.

Igitur voluntas debet 1^o actiones suas ad ultimum finem assidue referre, 2^o quidquid ab illo fine aveteret repellere, 3^o motiva recta, nempe non eversiva ordinis naturæ, sibi proponere in agendo, 4^o concepientias ad bonum sensibile coordinate inclinanti frenum imponere, ideoque quodcumque nos misere deligeret in bono sensibili, illi arripere.

165. — Juxta Kantium, non alio motivo determinari debet voluntas ad agendum nisi ex solo intuito obseruantie legum: motivum voluntatis non esset purum nisi quando est ipsa legis obseruantia, nulla habita ratione

alterius boni nobis ex actione obveniuntur : quamobrem Rationalistæ alii, assecutæ hujus Rectoris, communiter docent officia propter semetipsa esse præstanda, ita ut qui spe remunerationis aut metu ponarum determinaretur ad operandum, ab ipsa honestate desiceret.

Doctrina illa est falsa^{1o} quia actionem referre ad Dei gloriæ est ratio perfectissima agendi; gloria Dei est certo motu longe nobilior ipsa verecundia legis, qua talis; haec enim ratio agendi, ut ex dictis constat, ordini plene congruit, et intentioni divinae respondet. Ergo honestas non postulat ut solo motivo Kantiano voluntas impellatur ad operandum.

2^o Legibus, tum naturali tum positivæ, conjungitur sanctio. Ergo Deus ipse legislator, et omnes qui potestatem legiferant exerceunt, declarant metum ponarum et spem præmiorum non esse motiva aliena ab honestate.

ARTICULUS II.

De officiis hominum in ordine ad corpus.

166. — Corpus suo modo concurrit ad assecurationem finis homini præstituti, id eoque homo corporis vitam, integratatem valetudinemque tueri tenetur. Ex altera parte viribus corporis uti debet homo ut finem sibi a Deo in hac vita assignatum compleat. Inde generaliora hominis officia in ordine ad corpus sunt: illud *servare* eoque *uti*.

167. — THESIS I. *Jure naturæ prohibitum est directe et ex intentione se interficere.*

Probatur. Suicidium est injuria Deo facta, injustitia contra societatem, et magnum detrimentum illius qui violentia sibi manus infert. Ergo jure naturæ prohibetur.

Probatur antecedens. 1^o Est actus Deo injurious: nam 1^o Deus solus est supremus Dominus vite et mortis: sed ille qui se propriæ voluntate interficit illud Dei dominium arripit; rem enim sol Deo subjectam absque autoritate destruit. 2^o Homo debet officia sua erga Deum præstare; sed dum de vita sua quis disponit, jam Deo denegat officia quæ præstare tenetur. — Ergo suicidium manifesta injuria Deum ludit.

2^o *Suicidium ludit jura societatis*, nam qui sibi mortem conciscit, societati membrum utile cum magno scandalo eripit: debebat enim, aut operibus, aut saltē constantia animi, ad bonum societatis aliiquid conferre; sed illi eripiūt haec omnia, imo pessimum exemplum induxit. Ergo ludit jura societatis.

3^o *Sibi infert maximum detrimentum*; nam 1^o existentia est magnum bonum, cum sit fundamentum bonorum presentium et futurorum. 2^o Dum ludit jura Dei, se obnoxium reddit vindictæ divinae, quæ acerbissimis tormentis afficit santes.

Ergo ex hoc triplici capite constat suicidium jure naturali prohibiri.

168. — *Corollarium*. Ergo etiam non licet membrorum et corporis integritati et valetudini attentare, nisi id necessarium sit ad corporis salutem, ut si medici membra recensentia dicantur necessariam ad vitam servandam.

169. — *Scholium*. Diximus in thesi *directe et propria voluntate*, nam quando justa causa subest, potest quis aliquid facere vel committere, ex quo probabiliter vel etiam certo se peritum noscit. Tunc homo non se interficit, sed intuita altioris boni, ad quod procurandum aliqua virtute movetur, sinit se interimi: sic, v. g.: peste laborantibus desperare licet, cum evidenti periculo mortis; etc: ratio est quia homini non est prohibitum ne vitam suam periculis unquam exponat.

170. — THESIS II. *Mortificatio christiana juri naturæ consonat.*

Probatur. Jus naturæ postulat ut corpus animo subjiciatur: rationis enim imperio se subigere debet homo (S3): atqui sensus corpori quandoque viam aperire conantur vitis, ita ut animum in eorum servitutem rodigere attenuent: si libere ardescat cupiditas, fervent imaginatio ac vires corporales visi et auditus inflammarī sinantur, jam vitiiorum turba copiosa animum ipsum invadenter eumque ditionis voluptam faceret. Ergo homo saluti animae prævidere potest, refranando sensus, vires corporis debilitando, ita ut totum suum esse sub jugo rationis redigat.

2^o In statu naturæ lapsæ seu vita præsentis viget con-

flictus inter rationem et sensum (32) : est factum experientia cuiuscunq[ue] hominis notum ; atqui ordo naturæ postulat ut in illa pugna ratio victrix remaneat, ac proinde ut sua saluti quisque provideat, sensus rebellis sufficienter coerendo. Ergo licitum est sensus et omnes vires corporales ita coercere, et si necesse est, debilitare, ut voluntatem rationis non prefocent, ordinem naturæ non pervertant, et denique a salutis aeternæ adoptione nos non inhibeant.

171. — II. *De injusta aggressione repellenda.* Ex officio tuendi vitam sequitur jus repellendi vim quæ corpori vel etiam animo detrimentum inferre conatur. Quia de causa hic queritur utrum licet ad propriæ vite conservationem, inustum aggressorem occidere, vel singulari certamine cum aliquo congredi.

172. — THESIS I. *Licitum est occidere inustum invasorem ob defensionem vite sue, integratis membrorum et etiam pudicitia, cum moderamine inculpata tutela.*

Probatur 1^a pars, scilicet *ad defensionem vite.* Homo a natura jus habet ad vitam et reliqua bona sive animi sive corporis; et illud jus se tuendi profecto non amittit propter pravitatem alterius. Sed ex hypothesi jus illud servare nequit nisi pravum aggressorem occidendo : itaque tunc jus innocentis invasi habetur in conflictu cum iure iniusti invasoris : agitur pro utroque de discriminâ vite.

Aqui jus illius qui non ludit alterum, praeforendum est iuri illius qui enormiter laedere attentat, seu proximo extum molitur. Ergo cum utrumque jus servari nequeat, licebit preferre jus innocentis : certo hic melior est conditio pacifici possidentis.

Probatur 2^a pars. *Integritas membrorum* est aliquod bonum ad vitam servandam necessarium : ergo, sicut licet vitam tueri, ita etiam quæ sunt ad vitam utiliem et operosam necessaria.

Probatur 3^a pars. *Licitum est mulieri, adolescenti, etc., pro defensione pudicitiae invasorem occidere.* Nam 1^a pudicitia pluris merito estimatur quam integritas membrorum : 2^a quia in hac re est periculum peccati seu amissionis boni vita corporali superioris.

173. — *Scholium.* Si tamen aliter invasus posset e manibus invasoris se eripere, certo non posset hunc occidere ; nam ad id requiritur conflictus inter jura ad vitam servandam aut ad bona equivalentia. Praeterea vim vi repellens excederet *moderamen inculpata tutela*, si plus damni inferret aggressori quam necesse sit ad se tuendum. Jus personæ invasæ præsidii causa acquiritur, ac proinde ambitu tuitionis continetur.

174. — THESIS II. *Jure nature illicita sunt privata certamina, quæ duella vocantur.*

Nota 1^a. Agitur de certamine duorum aut plurim *privata causa et privata auctoritate* suscepto, designato antea genore congregandi, cum periculo occisionis, mutilationis vel vulneris. Quæ auctoritate publica inter hostes fiunt, ut celebre illud Davidis cum Goliath, non sunt prohita.

Nota 2^a. *Jure ecclesiastico* vetatur duellum sub pena excommunicationis.

Probatur. Homo in vitam neo suam nec aliorum jus ullum habet; sed in illis certaminibus vita ipsa committitur : ergo omnia argumenta superius data (105) hue faciunt.

175. — *Scholium.* Duellum haudquam aptum est ad resarcendum illum honorem quoniam jactant pugnantes ; nam hic honor est relatio ad alios homines, seu unice in eorum opinione residet. Sed vera existimat hominum non determinatur per certamen singulare, sed per virtutes et honestatem; contra quam pugnat duellum. Itaque etiamsi duellum esset in se licitum, certo duellant operam perderent, seu scopum, quem sibi proponebant, nullo modo attingerent.

CAPUT III.

DE OFFICIS HOMINIS ERGA CETEROS HOMINES.

176. — Omnes homines eamdem naturam eundemque finem habent : eadem enim natura in singulis hominibus veluti iteruta seu multiplicata conspicitur, et ad eundem

finem, omnibus aequæ præstitutum, promovemur. Ergo tum identitate naturæ, tum ratione ejusdem finis, quædam hominis erga cæteros homines officia sponte naturæ exsurgunt.

Sed præter hæc officia socialia que in ipsa identitate naturæ et communī fine fundantur, quædam ex propria hominii voluntate enasci possunt. Itaque agemus 1^o de hominii erga alios officiis essentialibus, 2^o de officiis ex pacto enascentibus seu de contractibus.

ARTICULUS I.

De officiis naturalibus hominis erga cæteros homines.

177. — Officia illa quibus erga cæteros homines communī humanitatis titulo obstringimur, spectant vel ipsum proximum, prout est quadam persona, vel res seu bona ad ejusdem proximi vitam servandam necessaria. Considerabimus ergo officia, non modo erga personas, sed etiam erga res ipsas, seu quoad iure proprietatis.

178. — THESIS. *Alios homines quisque sicut scipsum diligere jure nature tenetur.*

Nota. Particula *sicut* non idem sonat ac *quantum*: prima importat similitudinem, altera equalitatem. Amor quo quis se dilit, est forma et radix amicitiae ad alios; unde amor proximi et amor sui sunt similes; sed non esse est ut sint æquales.

Probatur. Omnes homines eamdem naturam euædunque finem habent; atqui 1^o ex unitate specifica naturæ communis sequitur ut affectus cuiuslibet hominis in alterum tendat, «sicut in unum sibi», ut ait S. Thomas; alter ordo naturæ non servaretur; 2^o quatenus in eamdem finem homines reque conspirant, ac proinde iisdem mediis egerint, sequitur etiam quod, secundum ordinem naturæ, proximo eadē bona appetamus, quæ nobis volumus. Ergo debemus proximum diligere sicut nosmetipsos.

179. — *Corollarium I.* Ergo neminem lèdere debemus sive in bonis vita, sanitati et integratìs membrorum, sive tandem et præcipue in bonis animæ, quia secus non

diligheremus alios sicut nosmetipos, ut per se patet: unde non modo homicidium, mutilatio, sunt contra jus naturæ, sed etiam furtum, quod in bonis fortune, scandalum et mendacium, quæ in bonis animæ, proximum lèdent; scandalum in vita et peccata pollicit, mendacium a veritate, que est maximum bonum, alios abducit, et in deceptionem eosdem adducit.

180. — *Corollarium II.* Ergo qui injuste proximum lèset, debet, saltem quoad potest, damnum illico resarcire, seu homines lesos in integrum restituere.

181. — *Corollarium III.* Ergo indigent proximo, etiamsi nobis inimicus sit, pro facilitate nostra, subvenire debemus; amor enim otiosus et nihil agens, nullus merito reputatur. Ex principio superioris probato immediate sequitur hoc effatum. *Alii faciendum est, quod nobis futuri merito velim:* porro non modo injuriam pati nolumus, verum etiam bonis tum corporeis tum spiritualibus augeri cupimus, quæ naturæ sunt consentaneæ; et hic nos urget, non titulus meriti specialis, sed titulus humanitatis, seu naturæ communis, quo proinde fruuntur inimici.

Sed officium proximo subveniendi potest spectare subsidium quod præstamus sine proprio incommodo, vel illud quod præstare non possumus sine proprio detrimento. Hoc auxilium certo nobilius est, tum quia est opus magis arduum, tum quia non semper lege naturæ est indictum.

182. — *De jure proprietatis.* Proprietas significat id quod est proprium aliquius entis: etymologicæ venit a *prope*, ac ideo, juxta vim nominis, quædam conjunctio nem significat: qualitates alieni adjacentes dicuntur ejus proprietates, et illud cui adhaerent, dicitur subjectum proprietatis.

Per quædam analogiam, vox *proprietas* usurpatur ad designandum dominium, quod aliquis homo habet respectu bonorum corporœrum quæ ad sui utilitatem sibi adscicit.

Hæc apprehensionis et conjunctio fit maxime per actus intellectus et voluntatis; sola natura rationalis esse potest subjectum juris ac domini: naturæ enim irrationalis nequit cognoscere quod suum est, et ideo non est capax relationis illius que constituit dominium. Quapropter proprietas

est quedam conjunctio secundum cognitionem et voluntatem, seu rectum ordinem rationis: igitur proprietas pro dominio sumpta, est id quod *prope* est, non materialiter, sed adjacet alicui apprehendenti secundum rectam rationem et voluntatem.

Hoc modo sumpta, proprietas, seu potius jus proprietatis, defini potest: *facultas perfecte disponendi de re aliqua ejusque utilitate*. Proprietas distinguuntur a possessione, quatenus possessio est actualis detentio rei, cum animo eam habendi tantum propriam: si possessio cum proprietate conjungitur erit *legitima*; securus, nempe si nullo justi titulo fundatur, erit *ilegitima*.

Dominium dividi solet in dominium jurisdictionis, quæ consistit in jure gubernandi subditos, et in dominium proprietatis, de quo solo hic agimus. Dominium proprietatis in genere est jus reale de re aliqua disponendi in communitate proprium, vel quoad substantiam rei, vel quoad emolumenta sola, vel quoad utrumque.

Dividitur in *plenum* et *non plenum*. Plenum est, quando quis potest perfecte disponere de re aliqua. Non plenum est, quando non potest de ea pro libito disponere, quia una pars pertinet ad unum et alia ad alium, ut, v. g., quando ad unum pertinet proprietas et ad alium ususfructus. Hoc dominium subdividitur in directum et utile: *directum* est, quando quis habet proprietatem sine ususfructu: *utile*, quando habet usumfructum sine proprietate.

Ei ex his divisionibus sequitur proprietatem proprio sumptum nihil aliud esse quam jus in re suo reali, per quod res alicui ita devincitur ut sine ipsis voluntate non possit fieri alterius; potest conjungi cum ususfructu et ab ipso separari. Ususfructus est jus utendi et fruendi rebus alienis, salva earundem substantia, ideoque proprie constituitur in iis tantum rebus, que ipso usu non consumuntur, ut sunt vinum, triticum, pecunia, etc., de quibus ususfructus a dominio non potest separari.

183.—*Thesis I. Jus proprietatis non oritur ex pacto neque ex legibus civilibus.*

Nota 1^a. Non agitur de solo usu rerum, circa quem nemo ambigere potest, quin fundetur in natura, cum homo

sit finis proximus et secundarius naturæ exterioris; sed agitur de dominio proprietatis stricte sumpto.

Nota 2^a. Nostris temporibus socialistæ et communistæ quedam systemata nonnullorum philosophorum ethnico-rum o cineribus excitarunt, aientes proprietatis jus non ab ipsa natura profici, sed ex furto aliquorum cum damno reliquorum ori.

Probatur 1^a pars. 1^a Jus proprietatis, quovis tempore apud gentes excutas reperiatur, et historia nullum afferat monumentum ad communitem bonorum propriæ dictam probandam, nec ullum vestigium pacti, initio dispersionis familiarum, facti: atq[ue] id quod repertur semper et ubique quin illa causa particulari explicari possit, a natura debet atque modo profici (I, 213). — Ergo jus proprietatis ex solo pacto humano non oritur.

2^a Dominium est propter usum stabilem, seu est fundamentalium necessarium hujuscemodi stabilitatis; sed jure naturali homo habere potest usum stabilem: etenim 1^a homo habet naturale dominium exteriorum rerum, quatenus est finis naturæ exterioris: res ergo externæ naturaliter subjacent homini: his de causis jam doceat Arist. (1) possessionem rerum exteriorum esse homini naturalem. 2^a Stabilitas possessionis non minus fundatur in ipso ordine nature: homo enim rebus naturæ, non in genere et in abstracto, sed talibus perpetuo eget, et ideo res determinatae ad determinatum hominem modo stabili ordinem dicere possunt. Dominium hominis in naturam quod in abstracto est in humanitate, ut sic, est modo determinato et concreto in singulis hominibus. Ergo et ipsum dominium non ex pacto unice oritur.

Præterea jus proprietatis etiam fundatur in jure divino positivo.

Probatur II^a pars. 1^a Hæc sententia Montesquieu (2), Hobbesi et D. Thoullier (3), quam impugnamus in hac secunda parte propositionis, fundatur in falsa hypothesi de transitu hominum e statu sylvestri et segregæ ad sta-

(1) Polit. c. 5.

(2) L'Esprit des Lois, t. 3, l. II, ch. 15.

(3) Le droit civil français selon l'ordre du Code, l. II, t. 2, ch. 4.

tum civilem. At hypothesis haec jam ab historia convelliatur. Ergo ruit conclusio inde petita.

2º Leges civiles nequeunt opponi legi naturali neque disponere de rebus quae ad societatem non pertinent; atqui 1º si communitas bonorum, ut volunt adversarii, in lege naturae fundaretur, jam lex civilius proprietatem privatis tribuens opponeretur juri nature, que oppositio est quid absolute vetitum; 2º si societas iure disponit de rebus naturae exterioris, jam res illae, ante ejusmodi legem, societati pertinebant, secus contra fas disponeret de rebus quae illius dominio non subduntur; atqui, fatentibus ipsis adversariis, homines et familiæ bona externa possidentant antequam in societatem civilem convenienter. Ergo jus proprietatis, etiam in societate, non unice oritur ex legi civilibus.

3º Id quod a sola libera hominis voluntate pendet, quin illum in natura ipsa fundamentum habeat, non potest esse constans, universale, uniforme: siquidem esset uniformitas absoluta et constans, que tamen fortuita foret, utpote pendens ab actibus liberis innumerorum hominum, quod est manifeste impossibile. Atqui jus proprietatis reperitur constanter, uniformiter apud omnes gentes aliquo civili cultu prædictas. Ergo jus proprietatis censendum est lex naturae.

184. — *Corollarium.* Itaque jus acquirendi stabilem proprietatem qua est necessaria ad existentiam servandam tueri, immediate oritur a natura; homo enim infirmatus, senectuti obnoxius, non modo presenti tempore, sed etiam in futurum tempus, sibi prospicere debet, saltē parentes pro infantibus; præterea homo vi naturæ prædictus est facultate perficiendi arte sua res naturales: ergo etiam jure naturæ easdem sibi vindicare potest.

185. — *THESIS II.* *Factum primigenium quod jus propriatis determinat, est humanæ activitatis exercitium.*

Nota 1º. Natura ipsa non actu adscribit determinatam proprietatem tali homini, sed jus vagum stabili modo acquirendi dominium indicit; quamobrem requirunt factum particularē ad jus illud determinandum. Quærerit ergo in praesenti quoniam sit illud factum?

Nota 2º. Jurisconsulti romani dicunt factum illud esse occupationem; economistæ recentiores, specificationem rei proprio labore peractam, quod eodem recedit: occupatione enim importat accommodationem objecti utilitati possidentis, seu specificationem labore peractam, et viissim industria circa rem nemini pertinentem primitus exercetur.

Probatur. Exercitium activitatis humanæ rebus concretis aliquam perfectionem novam tribuit vel tribuere potest, que proinde easdem obsignat nota talis personæ humanæ: effectus enim dicit relationem realem ad effectorem. Atqui, in praesenti, effectus seu perfectio inducta cum re aucta et perfecta per activitatem humanam est aliquid unum. Ergo illud totum ordinem speciali modo dictu ad talen hominem cum exclusione aliorum.

Quoad *majorem*, adnotandum est rem aliquam non vi naturae subiacere labori talis homini nisi ab aliis aut nullo modo sit occupata et perfecta, aut omnino derelicta. Nam si fuisset labore alieijus aucta et immutata, jam per novam occupationem primus possessor fructu sui sudoris iniuste privaretur, qui absumeretur ab alio.

Ad *minorem* etiam advertendum est rem jam occupatam intuito laboris, non quidem peracti sed peragendi, etiam obsignari quadammodo nota ipsius occupantis. Jam res ordinem potius dicit ad illum laborem suscipiendum quam ad activitatem cuiuscumque alius hominis. Ergo humanæ activitatis exercitium est factum primigenium quod jus proprietatis determinat.

186. — *Scholium.* A sententiis jurisconsultorum et economistarum non valde digredimur, que tamen prout sonat sumpta, et sine distinctione, non omni æquivocatione ac periculosa deductione caret.

187. — *THESIS III.* *Dominium hæreditate transmitti potest.*

Probatur 1º. Potest, et quidem jure naturæ, transmitti per *testamentum*. Legitimus enim possessor habet potestatem perfectam disponendi (180) ac proinde alienandi, destruendi et a fortiori donandi; atqui id quod possessor toto vita sua cursu potest, poterit etiam in ipso mortis

articulo : est enim idem dominus eademque voluntas donandi, que non fit diversa propter instantem mortem.

Licet donatio illa effectum non sortiatur nisi accedente morte, tamen id non officit validitati actus tribuendi; ad donationem enim inter vivos, voluntas acceptantis sufficit voluntati dantis, que potest statim deficere ab illa volitione : ita et voluntas legatarum sufficit voluntati testatoris statim ac hæc voluntas deficit, aut potius immutabilis efficitur.

2º Filii etiam succedunt in bona parentum *ex intestato*.
 « Verum elementum organicum humani generis non tam est homo individuus quam potius familia, cuius pater est caput et provisor et rector. Ergo jus proprietatis sie patri a natura conceditur, ut eo non tam sibi quam integræ familiæ propiciari. Cum igitur, patre pereante, familia supersit, superest subjectum quod jure illo, determinatis rebus applicato, perfruitur (1). »

ARTICULUS II.

De officiis ex pacto enascentibus, seu de contractibus.

188. — Dominum importat, uti diximus, facultatem libere disponendi de re aliqua tanquam sua; ex altera parte officium diligendi proximum impellit ad facultates suas adhibendas in favorem aliorum, seu ad mutuam bonorum permutationem; inde enascentur *contractus*.

I. De natura et varietate contractuum.

Contractus definiri solet : *Consensus duorum vel plurium in idem placitum aliquo signo sensibili expressus.*

Igitur ad rationem contractus quatuor requirantur :

1º *Cognitio rei*: nam si objectum de quo pactio nem confecientur contractores, ignoraretur, nulla evidenter daretur circa illud actio voluntatis : voluntas enim in ignotum ferri nequit. Quomobrem error aut dolus in substantialibus validitatib[us] contractus opponitur.

(1) P. Liberatore, *Jus ind. c. 4.*

2º *Liberitas* in contrahentibus, propter eamdem rationem : contractus enim est actus voluntatis. Itaque vis et metus gravis irritum reddunt contractum violenter extortum.

3º *Mutuus consensus*, ut constat ex ipso conceptu contractus : hic mutuus consensus simultaneus dari debet, nam conjungi voluntates necesse habetur; et debet exterrus manifestari, ut comparti innotescere possit.

4º *Materia possibilis, licita et propria*, quia si est impossibilis physice vel moraliter, prestari nequit; si est illicita, conventio de ipsa officium naturale, quo turpo prosequi prohibetur, extinguqueret; unde nulla obligatio fingi potest ad ea procuranda; denique si non est propria, in potestate contrahentium non est, qui proinde de ipsa pacisci non valent.

189. — Contractus dividitur in *verum* et *quasi-contractus* : est *verus* quando datur ex utraque parte consensus formalis seu expressus; *quasi-contractus* est qui ex facti consensu oritur, quem scilicet lex positiva fingit adesse, seu presumit ex facto aliquo : v. g. : negotiorum gestio, administratio tutela, etc. sunt quasi-contractus.

Contractus propriæ dicti partuntur 1º in *unilaterales* et *bilaterales* seu *synallagmaticos*, prout unam contrahentium partem tantum vel utramque obligant.

2º in *onerosos* et *gratutios*. Priora sunt quibus utrique parti onus imponitur prestandi aliquid; posteriores qui unam tantummodo partem gravant. Onerosus est vel *comutativus* vel *aleatorius*. Prior habet quando datur sequalitas inter datum et acceptum. Posterior vero si sequalivalens ponitur in damni vel lucri, ex una saltem parte, pericolo, quod ab eventu incerto pendeat.

3º in *nominatos* et *in nominatos*, prout proprium nomen in iure obtinent, vel secus; v. g. emplo, locatio sunt contractus nominati. In iure Romano sunt quatuor contractus in nominatos : *do ut des; facio ut facias; do ut facias; facio ut des*.

4º in *contractus bonæ fidei et stricti juris*. Bonæ fidei hic appellantur contractus, non a recta conscientia, sed a benigna interpretatione ex aequo et bono concepta, quam hi contractus admittunt, licet id verbis non sit expressum.

Sunt *stricti juris* quando stricte interpretantur secundum verba expressa.

5º In *principalem* seu independentem, et *accessorium*, prout soli existere possunt, aut ab aliqua conventione pendent, aut eam supponunt.

6º In *realem* et *consensualem*, prout non perficitur nisi per traditionem rei de qua convenitur, aut solo consensu absolvitur quin rei traditionem requirat.

7º Denique in *solemnum* et *non solemnem*, prout requirit certam solemnitatem lege prescriptam, vel secus.

190. — In quolibet contractu tria discerni debent:

1º *substantia*, que essentiam cuiusque contractus constituant; 2º *naturalia*, que tacite insunt contractui, etsi in ipso expresso non sint; 3º *adcentilia*, que adesse, vel abesse possunt ab arbitrio contrahentium, nec ordinario contractui insunt.

Itaque obligatio, quam parit quilibet contractus rite initus, se extendit, non modo ad ea quae pacto exprimuntur, verum etiam ad omnia consecrata pro conventionis natura, postulant aquitas et usus : contrahentes enim cum bona fide agere censurant, ac proinde velle reputantur non modo substantia conventionalis, sed etiam naturalia, seu id omne quod ab ea nasci solet.

II. *Modus* se conditio contractui adjecta aliquo extinetio obligationis ex contractu emergens.

191. — *Modus* contractui adjici potest, addens aliquid in onus aut favorem unius partis; item *conditio* que contractus plerumque suspendit donec ipsa impletatur; hæc computantur inter adventitia contractus.

1º Modi contractibus praeficiuntur tum ad *dierum* obligationis impletandæ determinandum, tum ad *panam* resilienti indicandam, etc.; servandi sunt, nisi aut substantiae contractus repugnant, aut sint turpes vel impossibilis, quo casu pro non adiectis habentur.

2º *Conditio* est 1º *suspensiva* vel *resolutoria*: prior habetur quando ab ejus impletione pendet existentia obligationis; posterior, quando per ejus eventum resolutivum contractus;

2º Est *expressa* seu *facti*, quando in contractu verbis

enuntiatur; *tacita* seu *legalis* aut *juris*, quando ex natura contractus vel ex dispositione legis adesse præsumuntur;

3º Est *potestativa* vel *casualis*, prout pendet a libera voluntate contrahentis, vel secus;

4º Est etiam *honesta* vel *turpis*, *possibilis* vel *impossibilis*, etc...

192. — *Extinguitur obligatio ex contractu emergens*:

1º *Executione* rei circa quam pactio versatur, id est per solutionem, seu per præstationem rei debite, executionemque facti promissi, aut alias debiti : sic contrahentes omni suspecto satisfaciunt.

2º *Condonatione*, que est actus quo creditor debitori suo debitum remittit; si contractus est bilateralis, utriusque partis consensus exquiritur: condonatio executioni equivalit; quisque enim potest jus, quod acquisivit, in alteram partem contrahentem transferre, saltem in iis omnibus que ad bonum publicum non spectant, aut etiam quando non agitur de contractu natura sua indissolubili.

3º *Inferitus rei debito*: quo casu ad pactum implendum adstringi nemo potest: nulla enim obligatio objectum impossibile respicere potest. Si tamen culpa debitoris res debita interiret, ad aliam partem compensandam teneretur. Si potentior via executionem contractus impedit, res fieri impossibilis, ideoque haberetur ut perdita.

4º *Novatione* seu substitutione novi debiti veteri debito, quod sic extinguitur: equivalit novatio solutioni.

5º Si contractus sit cum conditione resolutiva, extinguitur obligatio unius partis, quando hanc conditionem altera pars non implet: injustum enim foret ut una pars onero gravetur in favorem illius que datam violavit fidem.

III. De contractibus in specie.

193. — De contractibus in specie spectatis non disputamus, quia in eorum determinatione et obligandi formis ius positivum se ubique immiscet; ideo ad ethicam naturalem non adequate pertinent. Ergo eorum prætractatio, non manca sed plena, theologiae morali et juri, tum canonico tum civili, adjudicari debet.

Præcipui contractus onerosi sunt: *venditio et emptio*,

locatio et conductio, societas, cambium, census, quibus adduntur nonnulli contractus, tum subsidiarii, fidejussio, pignus et hypotheca, tum aleatorii, assecratio, sponsio, loteria, ludus. — Contractus gratuiti sunt: *promissio, donatio, commodatum et precarium, depositum et seguestrum, mandatum et gestio negotiorum, denique mutuum.*

Verum ad illum ultimum contractum quod attinet, questionis non parvi momenti de usura lucratoria in praesenti tractatione praetermitti non debet: nam ad jus naturale proserptum pertinet.

Usura nomen venit ab *usu*, quatenus aliquis dat ad usum. In stricto sensu, usura locum habet in mutuo, et sumitur sive pro ipso contractu et objecto contractus, sive pro luero quod ex tali contractu percipitur; et in hoc ultimo sensu hic usupatur: est ergo lucrum immediate ex mutuo proveniens.

Quod mutuo datur, vocatur *sors* sive *capitale*; quod ultra accipitur dicitur *usura*, seu fenus vel *lucrum ultra sortem*.

De hac ergo usura querendum est utrum vi juris naturae sit illicita?

Ad hujus questionis endocationem praepondandum est: 1º Cuique rei inesse quamdam valoris quantitatem que vocatur *pecunia intrinseca*;

2º Commutations quandoque fieri non posse inter res et res, sive quia res singulae cum singulis comparandae essent, quod difficile est, sive quia res quedam stabiles, v. g., domus, prædia asportari nequeant, sive denique quia res mobiles, sine magno incommodo et periculo transferri alio non possent. Inde introducta est pecunia, que est communis cæterarum mercium mensura, et definiri potest: merx ad cæterarum valorem designandum et transvehendum destinata;

3º Usum pecuniae cum dominio confundi, nam pecunia est res fungibilis, que absumitur dum adhibetur.

194. — *THESSIS.* *Usura lucratoria sunt jure naturali illicite.*

Nota. Jure divino positivo et ecclesiastico usura certo est prohibita.

Probatur. 1º Illicitus est jure nature modus acquirendi quo, si permisus foret, facile absorberentur egenitum fortunæ; atqui per usuras lucratorias id fieret; sensim enim mutuantari solvendo usuras omnia perderent. Ergo (1) per usuras aliquis non laborando fructum laboris egenitum exsorberet.

2º Naturalis æquitas non permittit ut, in commutatione, et in quolibet contractu bilateralis, plus detur quam accipitur, seu ut æquitalia non servetur: utraque enim pars ad tantumdem præstandum adstringitur. Atqui foeneratoris vi contractus mutui aliiquid exigunt preter sortem seu datum. Ergo destruant æquitaliam alicius contractus bilateralis: mutuum enim ad illud genus contractuum evidenter revocatur.

3º Ut licite possit exquiri lucrum aliquod, debet illud exigi ex aliquo re, quæ eo ipso, quod ob lucrum detur, non datur gratuito; atqui in mutuo nihil est pro quo lucrum exigi possit. 1º Nihil pro translatione dominii rei mutuata in mutuatorium: id compensatur per sortem redditam; neque 2º pro usu rei mutuata, nam usus pecuniae cum dominio confunditur: unde usus nihil addit dominio. 3º Nihil pro commodo, quod ex mutuo mutuatorius habet: commodum enim stat in usi; neque 4º pro labore et actu mutuando: hic enim labor nullius momenti est. Tandem 5º nihil exigi potest pro obligatione non repetendi pecuniam mutuatam, nisi post certum tempus, quia seclusis aut periculo sortiti, aut luero cessante, haec obligatio non est pretio astimabilis. — Ergo *titulus solius mutui nihil exigi potest supra sortem*.

195. — *SCHOLIUM I.* Quandoque pecunia habetur ut instrumentum quo commercium exercetur; et tunc lucrum aliquod ex pecunia jure decerpit potest, servato tamen dominio pecuniae pro mutuante cui unice perficit, si forte pereat; tunc contractus mutui in contractum societatis transit, in quo alter operam alter pecuniam, cuius dominium in alteram partem non transfertur. Sed lucrum illud non venit ex eo quod pecunia per se censetur fructifera: per se enim est sterilis, et fit fructifera solummodo per

(1) Schmalzgrueber, Jus eccl. l. v, t. 19.

industriam possidentis, et injustum foret alterius industrie sibi fructum usurpare (1). Tamen nonnulli cum tenuissima probabilitate censent pecuniam mutuo traditam divitibus, non autem pauperibus, esse fructiferam, quia non datur ut vivant divites, sed ut fiant diiores: sed hac ratio est figuramentum, ut constat ex dictis.

196. — *Scholium II.* Tamen sunt plures tituli extrinseci ex quibus usuræ peti possunt: 1o *Damnum emergens*, nam nemo tenet damnum gratis subire; 2o *Incuria cessionis*, quia non ratione mutui, sed ratione alicuius extrinseci quod pretio estimabile est aliquid prester sortem exigitur; 3o *periculum sortis*, si est verum ac probable, vel sors nonnisi magnis molestiis aut expensis sit repetenda: periculum est mutuo extrinsecum, et mutuans non tenetur illud subire gratis: 4o et probabilis *titulus civilis*, nempe statutum principis taxationem legalem determinans. Ratio hujus tituli est quia societas, hodie præsertim, non potest subsistere quin multiplicentur contractus mutui ad commercium alendum absolute necessarii; porro, ad hanc multiplicitudinem que in communo bonum maximopere conductit, non sufficit christiana charitas: fons illud est ergo premium a lege ipsa cautum: tributum mutuatariorum imponitur a legislatore, emolumento quod ille ex mutuo trahit, consentaneum. Porro ex alto domino quod princeps habet in bona subditorum, potest ad bonum publicum vestigalia exigere præstanda sive sibi, sive illis qui operam navant reipublicae; quare ergo non posset ex causa pariter publica jus concedere alteri a suis subditis aliquid ex mutuo exigendi, non quidem *ri mutui*, sed *ri statuti* (2); 5o *conditio penalis*, seu pactum quo mutuarius se ad aliquid dandum subiecti per modum poenæ solvendum, si tempore præfixo sortem non reddat: muleta non exigitur vi mutui, sed propter moram culpabilem mutuatariorum.

(1) Liberatore, *Jus ind.* c. iv, s. 3, n. 76.

(2) Vide Taparelli, *Saggio theoreti*, di diritto nat. d. iv, c. 4, n. 6.

SECTIO II

Jus publicum.

107. — Cum in hac parte de iuribus specialiori modo agitur, opere pretium est conceptum juris distinctiori modo declarare. Voci *jus* assignari solent variae etymologiae:

1^o Jurisconsulti generatim docent *jus a jussu* seu *ju bendo* derivari: in hoc sensu *jus* idem diceret ac lex.

2^o Secunda derivatio est ut *jus*, sicut sentit Ulpianus, a justitia denominatur, aut juxta S. Isidorum, per synecdem a voce *justum* efformetur: tunc *jus* idem significaret ac justum et æquum, quod est objectum justitiae.

3^o Ab aliis (1) concipiatur ut nomen primigenium quod est radix *justitia*: hæc nominis interpretatio superiori non opponitur, si conceptus reales consideremus, nam *justitia* a jure derivat in ratione objecti, ac subinde in in genere cause finalis, licet *justitia* sit causa efficiens sui objecti, seu *juris*;

4^o In vernaculis linguis, *jus* (droit, diritto, drecho, etc.) a verbo latino *dirigere* venit, et exinde directionem seu ordinacionem rectam primitus significare videtur. Equidem, ut constat ex dictis (134), *jus* fundatur in ipsam et rerum essentiali ordinatione ad finem ultimum: hæc enim ordinatio est fons omnium officiorum et iurium.

Illa distinctas derivationes, si probe intelligantur et applicentur, inter se nullam oppositionem important: *jus* enim inventur in lege, lex in justi et æqui ambitu contineatur, sicut æquum et justum in recta ordinatione ad finem, præcipue ultimum, reperitur.

Passim juris nomine venit etiam ipsa ars, sive scientia iurium, id est, legum: quemadmodum medicina nomen initio impositum est ad significandum medicamentum, deinde denominatione ab objecto ad habitum scientie translatâ, vox illa ad significandam ipsam artem que medicamenta hujusmodi applicare doctet, accommodata est.

Jam vero *jus* potest considerari tum in se, id est objecto-

(1) Schmalzgruber, *Jus eccl. præul.*

tive, seu materialiter, tum formaliter seu in aliquo subiecto, et quidem late vel stricte. « Jus, ait Suarez, interdum significat moralē facultatem, aliquando vero legem quae est regula honeste operandi et in rebus quandam æquitatem constituit, vel est ratio ipsius juris priori modo concepti (1). » In lato sensu ad jus subjectivum duo pertinere videntur: 1^o ut illud quod alteri debetur, implamus; 2^o ut illud quod ab alii debitum nobis est, exigere possumus: hinc jus, sic late acceptam, dispesci potest in obligacionem seu *officium*, et moralē potestam seu jus significatiōnē strictiori et vulgari acceptum (108).

198. — Sed iure et officia, nempe ea omnia que actione sua homo præstare tenet aut exigere ab aliis iure potest, ex relationibus pendent, quibus instruitur. Hæc iura concipiuntur prout homo, cum alio aliquo vinculo speciali conjunxit, illa exercet ad finem communem assequendum: cui conjunctioni a natura ipsa ordinatur per aliquod principium subjectivum quod *instinctus sociabilitatis* appellari solet.

Jam vero hic instinctus, qui se dilatare, quantum potest, intendit, hominem ordinat 1^o ad societatem domesticam et quidem primitus, ut videbimus; 2^o ad societatem civilēm quæ bona sponte nature appotesta afferit; 3^o ad societatem religiosam, qua homo juvatur ad finem ultimum obtinendum; denique 4^o ad societatem internationalem, quam designabimus velut primis linceis; itaque in quatuor articulos præsens caput partiemur.

ARTICULUS I.

De societate domestica.

199. — Societas generatim sumpta potest definiri: *Junctio plurium in communem aliquem finem suis actibus conspirantium*; aut aliis verbis: *Unio entium intelligentia et libertate preditorum in prosecutionem alicuius boni communis concorditer conspirantium*. Itaque quatuor sunt elementa entis socialis: 1^o unitas finis seu boni communi-

(1) De leg. 1. I. c. II.

nis; 2^o concordia intelligentiarum; 3^o unio voluntatum, quæ in societate est pars formalis: 4^o coordinatio mediorum.

Societas, qua *persona moralis et juridica appellari solet*, est *perfecta* seu completa vel *imperfecta*, prout 1^o in semetipsa habet media sufficientia ad suum finem obtinendum, necnon 2^o hic finis totam activitatem humanam aliquo modo expostulat, vel secus. Media, ut per se patet, determinantur ex proportione et sufficientia quam habent ad finis assecutionem.

Societas domestica, cum civili et religiosa, sunt societas completa, quia aliquo modo ad integrum hominis personalitatem spectant. Homo enim, vi societas domesticae quandam perennitatem habet et debitum complememtum, in quantum persona individua est. Sed hæc societas completa quoddam totum est ex tribus simplicioribus societatis, nimirum *conjugali*, *paterna*, *herili* consitans: in hac enim societas reperiuntur relations ab ipsa nature determinatae 1^o inter virum et uxorem, 2^o inter parentes et liberos, 3^o inter dominum et famulos

§ I. De societate conjugali.

200. — Societas conjugalis ex duabus personis diversi sexus coalescit, que constanti quadam conjunctione integrum et completum principium efformant propagationis generis humani: *Eruunt duo in carne una*. Hic actus quo vir et mulier junctione constante se associant, dicitur *matrimonium*, quod societatem conjugalem, ex hoc actu natam, etiam significat.

Matrimonium, secundum etymon, derivatur à vocabulis *mater* et *munus* seu *munus*, quasi sit matris munus: et id quia ad prolem, ejus generandæ et educandæ causa institutum est matrimonium, magis concurrat mater quam pater; nam, ut dicitur in iure (cap. fin. de conv. inf.): « Proles matri ante partum onerosa, in partu dolorosa, post partum laboriosa esse noscitur. » — Appellatur etiam *conjugium*, quia conjuges, quasi *sub uno iugo* constituantur, *conubium* et *nuptiae* ab obnubendo, quia pudoris gratia puellæ faciem suam velabant, exemplo Rebeccæ, dum viris tradebantur.

Definiri solet : *Viri ac mulieris legitima conjunctio, individuum vite consuetudinem retinet* (1), in qua definitione indicatur 1^o *essentia matrimonii*, quae in vinculo consistit, 2^o *proprietas*, que sunt unitas et indivisibilitas, 3^o *conditiones* sub quibus solum iniri quis matrimonium : de his tribus successive agemus.

I. De essentia matrimonii.

201. — In matrimonio sex diversa inventuntur: 1^o mutuus consensus; 2^o traditio corporum mutua; 3^o vinculum quadam ex hoc consensu et traditione ortum; 4^o obligatio mutua ad reddendum debitum, quem nascitur ex ipso vinculo; 5^o jus reciprocum ad hoc petendum, quod surgit ex obligatione hac; 6^o denique usus et consummatio matrimonii.

Consummatio matrimonii ad integratatem matrimonii quidem pertinet, non autem ad ejus substantiam : *Nuptias*, inquit Ulpianus, non *concupitus*, sed *consensus* facit : sed aliae conditiones ad matrimonii adequato spectati substantiam pertinent.

202. — Finem adaequatum matrimonii constituit 1^o prolix suscepito ejusque complementum, nempe prolix suscepta sustentatio et educatio; 2^o mutuum auxilium conjugum, seu communis vita societas, officia quo sibi mutuo conuges praestant.

203. — THESIS I. *Nuptiae honestæ sunt et naturæ hominis consentaneæ.*

Probatur. Illud est honestum 1^o quod propagationi et conservationi generis humani necessarium est, atque 2^o inclinationi hominibus innatae, non modo sensibili, sed etiam rationali, respondet : propagatio generis humani est ordinaria divina, et Deus auctor naturæ inclinationem innatam ipse indidit, quam tamen ratio, dominatrix in homine, dirigere debet. Itaque Deus vult medium ad illam propagationem necessarium, quod exinde est honestum. Atqui coniubium 1^o est necessarium propagationi et con-

(1) Schmalzg., Jus cul. tit. de spons. n. 227.

servationi generis humani; 2^o respondet conformatio nis physiologicae sive morali utriusque sexus. Ergo est conforme ordinationi divine, seu est honestum.

204. — THESIS II. *Matrimonium requirit mutuam conjugum dilectionem.*

Probatur. Societas conjugalis in eo consistit quod ex duabus personis humanis, seu entibus moralibus, una re luti perieciatur; sed id mutuam perfectamque amicitiam evidenter requirit; entia enim moralia, qua moralia sunt, non nisi dilectione invicem attrahuntur, et actu voluntatis ita copulari possunt, ut una persona moralis, vi hujus vincule, enascatur ex pluribus personis physicis.

205. — *Scholium I.* Hanc dilectionem non tam venustate corporis quam animo concieri debet; secus a ratione nullo modo penderet, sed instinctu quodam ingeneraretur.

Scholium II. — Licit matrimonium sit honestum, tam non cœlibatum, virtutis amore suscepto, non est anteponendum, presertim post genus humanum satius propagatum. Etenim qui libertate circa private vita dispositionem uitior ad virtutem eximo modo excolandam, qui suum corpus ita spiritui submittit ut vitam quasi angelicam ducat, qui commodis conjugij valedicit ut ab illius status oneribus non gravetur cum detimento virtutis, est certe laudandus, siquidem nulla obligatio nubendi quemquam ligat.

206. — Matrimonium novæ legis, inter fideles contractum, est vero et proprie *sacramentum*; Christus enim contractum naturalem quo constitutur societas conjugalis evexit ad statum et dignitatem sacramenti, ita ut contractus ille inseparabilis plane evadat ab ipso sacramento (1), ei contractu dedit Christus virtutem sanctificandi contractus rite dispositos.

Itaque fideles baptizati matrimonium contrahere nequeunt quod verum sit ac validum in ratione contractus, et tamen rationem sacramenti non habeat (2).

Ex dictis de insolubili conjunctione contractus et sacra-

(1) Syll. Prop. LXV, LXVI.

(2) Syll. Prop. LXXXII.